Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8269
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

mirum ergo si se retulerunt ad Jus feudorum, quia sciebant, quod eo Jure etiam stantibus praedictis hoc feudum alienari poterat, & de eo poterant Vasalli disponere, Haec Deciang.

Joitur & hoc quoq; nostro casu dici potest ac debet, cum praecedentibus verbis (: scilicet pro se & omnibus haeredibus :) facta sit expressio viius rei, quae est contra terminum, ad quem fit relatio (: hoc est Jura feudalia, quae regulariter non omnes haeredes admittunt, nec feudi alienationem absq; Domini licentia permittunt :) istas dictiones relativas Pro ut vel Secundum non stare conditionaliter. sed potius causative & interpretative ut exponantur, secundum quod disponunt Jura feudalia, argo. text: in L. cum qui. §. Julianus quoq; ff. de constit: pecun: Vbi quis ex his verbis (: secundum mandatum Sey, si quid tibi debitum ac probatum erit, me tibi cautum & solutorum :) sine controversia non sub conditione, sed simpliciter de constituta pecunia tenetur. Et facit quod ibi Bart: in .1. tractat. si iudex in sententia sua dicat. Condemno te ad dandum unum par caponum in anno tali Secundum quod tui antecessores consueverunt, ista verba non facere conditionem, sed simpliciter ex eiusmodi sententia teneri condemnatum,